Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36903
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



et contendit econtra. Cum diu fecerit talia pen-
nas ad se revocat quia et lassitudine et unda
revocatur in pristinum locum. Mare significat
hunc mundum. Naves sunt prophete et apostoli qui
transierunt hunc mundum et vicerunt adversarias
potestas aeris huius. Serra vero que non potuit
perseverare cum manibus significat eos qui cor-
poraliter profitentur abstinentiam sed non perseverant
usque in finem cum sanctis qui ad portum celestis patrie
meto mari pervenerunt. De vipera exemplum

Aliud exemplum item dictum est Aldphari-
seos huius cemodi rem pretendens proge-
nies viparum quis ostendit nobis fugere a
ventura ira. Phisiologus dicit de vipera sua
Quando coitum facit masculus infert os eius
in feminam et illa deglutiens semen abscidit
virilia huius eiusdem masculi et moritur statim.
Intellige ergo quid faciet concubitus meretricis.
Cum autem creverint catuli in ventre viperam
perforant mordentes latus eius et exeunt